

biare i benefici ri-
cevuti;

però, li esorterà a
ricorrere all'amico
in ogni loro neces-
sità.

Anch'egli si trova
nello stesso caso.

Prosegue con di-
ligenza nello stu-
dio del diritto, non
come avviamento
ad un posto lucro-
so, bensì nella spe-
ranza di rendersi
più dotto e più vir-
tuoso.

A ciò lo confor-
tano molte circos-
tanze, e, soprattutto,
il possesso
ormai di libri in
buon numero,

donatigli dallo Za-
barella, che da lun-
go tempo l'aiuta
con somma bontà.

reddere posse arbitrantur, ut vere nichil dignuni possunt; nam, tantis beneficiis in me collatis, tam liberali animo in nos effuso, quid est quod referri par queat? ^(a). abstinent ^(b) igitur, quoniam nulli esse tibi commodo aut voluptati possunt, damno molestieque possunt ^(c). veruptamen, quoniam ita vis, admonebo eos ut liberalitate tua utantur et in incommodis necessitatibusque suis ad te refugiant, quanquam puto hoc ipsum ^(d) eis evenire quod et michi. difficile enim accipio ac multo difficilius peto, non quod amicorum beneficiis obstringi nolim; est enim id genus ^(e) ut vinculum ac quasi catena quedam amicorum; sed quod nichil est quod reddam. de hoc autem fortuna viderit ^(f); ego nemini gratum animum invideo.

ceterum quod me admones ut iuris civilis studium, quod meum elegi ^(g), prosequar, id sedulo facio, non quod ex eo, ut tu vis, ad altum optimumque ^(h) statum perventurum me aut desiderem aut sperem, sed ut ex illo et melior et doctior sim. ad hanc enim 15 utranque rem faciunt doctrine que de moribus sunt. in quo quam deinceps proficiam, id nescio. hactenus certe nichil pudet aut penitet dati temporis. sunt autem multa que bene michi promittant: primum, liberior in dies animus et propensior virtutis ac litterarum cura; deinde, cum ceterarum rerum copia tum maxime librorum. 20 nam in preteritis studiis, cum his rebus que ad vitam pertinent nunquam abundaverim, nisi quantum tu ex summa ⁽ⁱ⁾ liberalitate tua tribuisti, sepe etiam ad summam inopiam laboraverim, libros tamen nunquam nisi precario possedi. horum nunc satis pro modo studiorum ^(j) copiosus sum et quidem meorum, quos dominus Franciscus de Zabarellis, omnis virtutis ac bonitatis specimen, cuius ope dudum sustentor, suo michi munere contulit. nichil enim sibi remittit, tanta est in homine benignitas, nichil refutit, dum me per rectum virtutis ac litterarum callem proficiscentem adiuvet ^(k).

(a) In B^a dopo queat manca il resto, essendo la pagina lacera. (b) C abstinet G abstineant (c) G om. damno molestieque possunt (d) R om. hoc ipsum (e) CGR in marg. enim id dignius (f) CGR in marg. Inviderit (g) BG optimum (h) R om. summa (i) CGR pro meo studio (k) C adiutet

(1) Come si è detto, il V. è menzionato il 18 ottobre 1394 quale dottoore nelle arti e nella medicina e scolare

di diritto civile nei *Monumenti* dello Studio di Padova; l'8 luglio 1393 invece come dottore nelle arti soltanto,